



**Quotidiana Christiani Militis Tessera**

**Stanyhurst, Guillaume**

**Coloniæ Agrippinæ, 1682**

2. Dies Novemb. Peccator prudens erit in pœna, qui stultus fuit in culpa. S.  
Gregorius I. 5. Morc. c. 13.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](#)

*Regnum cœlorum, requies est plena bonorum:  
Nil ibi deficiet, Deus omnibus omnia sicut.*

## 2. DIES NOVEMB.

Peccator prudens erit in pœna, qui stultus fuit  
culpa. *S. Gregorius l. 5. Mor. c. 13.*

Pietatis of-  
ficio defun-  
geris, nisi  
succurras

I. **Q**uæ una est per multa locorum  
spatia, Mater nostra Ecclesia,  
non uno item regionis termino  
defunctis. circumscripta definitur, est ubi gaudia  
secura sine cura ; est ubi pavet timida cum metu,  
est ubi mœret tristis cum luctu ; triumphat super terram,  
militat in terra, patitur sub terra. Illic est domes-  
tica, hic peregrina, ibi captiva : istuc est indi-  
cilio, hic in diversorio, illic in ergastulo : quapro-  
pter una, gaudii ob beneficia; altera, timoris ob pa-  
cula; postrema, mœroris ob supplicia, affectus nra  
est, omnibus concitare. Heri, dum cogitatione  
intravimus domum Domini, velificati fuimus af-  
fectui gaudii ; hodie descendamus de celo ad infe-  
riora terræ, ut quid illic, qui terrena sapuerant pa-  
tiantur, nos ne patiamur, illorum damno intelligi-  
mus. Nunquam qui olim fuerant stulti in culpa,  
prudentiores fuerunt, quam in pœna : ne simile nos  
insipientes patiamur tormentum, modò prudenter  
caveamus peccatum. Quid illic non patitur anima,  
ubi quidquid hic homo potest pati, cum illis com-  
paratum, quæ illa patitur, vix esset materia patien-  
di ? In illis cernitur jus ad cœli bona, cum extrema  
penuria, viva, & erecta spes, cum longissima, &

ovemb.  
ut in aue  
um:  
t.  
tus fuit  
llocum  
Ecclē,  
s termino  
bi gaudia  
m meo  
uprā  
ic est do  
est indo  
quapro  
s ob pei  
ctus na  
gitatione  
imus af  
o ad infe  
erant p  
ntelliga  
n culpa  
mille nos  
udent  
anima  
is com  
patien  
xtrema  
ima, &  
ctus

Novemb.

Tessera.

873

cruciante mora potiundi ; amor inflammatur , sed quia inter flamas , sine possessione amati : jam Reginæ sunt , at sine regno : jam viætrices , sed sine corona , Angelis sociatæ , furiiisque orci vicinæ , denique in eo statu non injuria dubitet quis , miseræ , an beatæ dici possint .

II. In Deo item est miranda illa duorum extre-  
morum conjunctio , ut simul eluceat , hinc benevo-  
lentissima benignitas : inde acerbissima severitas .  
Hinc amor patris , inde æquitas Judicis : extremè a-  
mat , extremè & castigat : æternæ pœnæ remisit lup-  
plicium , sed temporariæ , usque ad novissimum qua-  
drantem reposcit debitum , ad extremum sic sunt li-  
beri à tartari suppliciis , ut tamen sint in ipsis tartari  
suburbiis : nam illorum pœnæ non magis à repro-  
borum manu carcere distant , quam interjecto  
veluti pariete spei , & deperationis . Lustremus ani-  
mo pompam odiosissimæ crudelitatis , & appara-  
tum immanissimæ ferocitatis , quam furii induxe-  
runt ad miserorum hominum vitam excruciam ;  
uncos , & fidiculas , artusque dissipantem equule-  
um , rogos flammis honorificos , rotas , cruces , tuni-  
camqun molestam , fereos pectines , viscera ipsa in-  
teriora scrutantes dira laceratione , sartagines igne  
rubras , oleo bullientes , multis mortibus circum-  
septas . Hæc omnia cum illorum collata pœnis , pi-  
ctura tantum sunt pœnarum . Submittamus jam  
oculos ad locum tormentorum , ubi charæ nobis  
animæ cruciantur à corporibus sejunctæ , ut  
fidelissimis sociis nudæ , spoliatae que sunt & solæ ge-  
munt , ac patiuntur : solæ vim doloris excipiunt ,  
præterea distractæ à mole carnis , vividiorem ha-

Iii 5

benc

874      *Christiani Miltis.*      Novem  
bent sensum, atque in plis pœnis vim universam,  
attentam cogitationem fixam, & locatam habent.  
non modò eorum atrocitatem perfectè intelligi  
sed impensè persentiant: horrent igitur, & collique-  
cunt in malo illo igne, qui admirabili, sed & intol-  
erabili modo, velut spirituum vixit, in substantiam  
ipsam pervadit.

III. An non deinde in statu est violentissimo, a-  
sella anima, quæ posita velut primulo in anno, &  
nuaque beatitatis, ab ingressu divini paradisi ex-  
ditur, cogiturque in summo illo desiderio mu-  
re, singulisque momentis in amoris illa rotando  
cam lacerari, sed propè continenter emori? cui  
quod videat se per se nihil apud Divinam Justitiam  
agere posse, ad optatam liberationem, in qua de-  
vota sua, preces irritas, itaque tota in suspiria & de-  
lores versa, ad cœlum pio ardore suavissimisque  
vis aspirat, secum illa sœpè ingeminans, ô cari En-  
pyrei cœli patria! ô felicissimus aspectus, fructu tem-  
ni boni! quando haec catenæ frangentur, & igna  
claustra quæ viam intercludunt. Haec sunt amabilis  
Dei amantium quærimoniae: dici non potest, quo-  
to cum impetu animæ illæ, à lutea contagione libe-  
ræ, & Deo morte jam viciniores, & ad pulchrum  
amabilissimum contendant. Videmus ignemque  
violentia in cœlum fertur, ubi regio est ipsius quæ-  
ris à Deo definita; quæ propensio tam est fortis  
contentæ, ut si quando impediatur, obtemper-  
cutiat, eruat montes, vibret nubes, omnia lo-  
nitu, & terrore impleat. Verum hunc impe-  
tum animarum in Deum, ut centrum omnium ve-  
luntatum, propensio longè exuperat: itaque illæ

Novemb.

Tessera.

875

miserabiles animæ , è suo illo fumoso vaporario , è suo igneo æstuario , ut inde extrahantur , manum attollunt : tibi arbitrarium est illas inde manu mittere : hoc posse & nolle quæ inhumanitas ! immo quanta crudelitas ? ô igitur si quid apud te valet pietas , quæ parentibus debita est ; si quid observantia , quæ majoribus ; si quid justitia quæ foederatis ; si quid promissio , quæ testatoribus ; si quid gratus animus ; qui beneficis ; si quid amicitia , quæ benevolis , miseremini purgantium animarum : consequeris & tu miser misericordiam si fueris misericors , tu pro illis hic plorando imminues illorum planctus , quapropter :

*Huc pro animis plora , cito cernant , ut patris ora .*

### 3. DIES NOVEMB.

Sunt quædam quæ nescire quam scire sit utilius , S.

*August. Enchir. ad Laur. c. 17.*

Scientia I.  
Sanctorū.  
qualia do-  
ceat.

**U**Num est quod Deo impensè displicet , quo ut illi inscrivas serio , incipias tam fero . Quamdiu libet deliberare ; an velis teè servitute dæmonis liberare ? quo usque cogitas , an velis facere quod expedit magis tandem concludere , aut libet proponere , quod necessum omnino est jam nunc aliquando expedire : terminanda consilia , instat hora , ingredienda via , maturanda proposita , ne nox subito prævertat , importuna mors evertat , nec metuentes immatura . Ut quod diu fuerat faciendum , tandem facias , excitabit te Dei Gloria cui se ständæ conditus es , imperabit tibi Dei voluntas cui obtemperandæ obligatus es ; invi-